

1  
2  
3  
4  
5





1725

1. Waldschmidt, Jo. Wilhelm: De pactis gener.  
binatiis.
2. Walpert, Christoph tract: De factis novis hinc  
dupli'ci, hincque occasione de pulmonibus  
aqua infectorum et et submersione

1726.

1. Fender, Johann Georgius: De jure electione Imper.  
foris Romano-Germanicis et Imperatorum infirmitatibus  
tribunaliis
2. Gundels, Simon Maurus: De amissione et restit.  
gratiae actorum
3. Lamberant, Ludov. Ernt: De iis, qui renunciant.  
nec tamen jure suo se privant 2 Suppl. 1726. 1750.
4. Waldschmidt, Johann Wilhelm: De jure impel.  
tantum in rusticos refractarios, homagium  
in primis denegantes. 2 Suppl. 1726. 1750
5. Wloemen, Stephanus Lysimachus: De valida in  
instrumento facta fori renunciatione



1724.

1. Flamm, Johann, Danvit: De recusatione iudicis suspecti in genere, et in specie de illius recusatone supremorum sac. Rom. Imperii Instrumentum.
2. Hupeden, Math. Alhard: De legibus in genere et in specie, de legibus positivis, praeprimis ratione S. T. R. G. status
3. Fren, Arnoldus: De advocato fieri quoque officio.
4. Thilen, Joh. Gerhardus: De crimine falsi.
5. Wachter, Joh. Christianus: De arresto reali.
6. Woelfart, Joh. Ernestus: De decimis novariarum.
7. Waelfflus, Christianus: Phaenomenon singulare de malo pomifera absque floribus et rationes physicas revocatum.

1728

1. Raith, Ignatius: De mentalitate occasione I. penult. c. de procuratoribus.



1728.

2. Schell, Mart. Hieron: Reprobatione statutaria  
Hamburgensi

1729.

1. v. t. Waldschmidt, Wilhelmus: De Differentiis munici-  
cipiorum Röm. urbium mediastarum. 2 Sauff. 1729

1749.

1730.

1. v. t. Adams, Jacobus: De feriis divinis et illarum  
effectibus.

2. Wittke, Johannes Jacobus: De jure ambrosii praedii  
expellendi ejus conditorum.

3. Hofmannus, Johannes Andreas: De immunitatibus  
castrensibus aliisque libertatibus praecipue  
in Hassia.

4. Tillemannus, Nichus Schenck, Frh: Historia Reges.  
Lance Imperatoris, Carolo V Imperatori et im-  
perii status Augustae Vindobonorum a. 1530  
die 25 Jun. collatae, cujus . . . memoriam ex aequo  
hoc anno . . . inter se celebrarem J.



1730

1. 5. Wolfart, Joannes Henricus: De eo, quod in Germania  
justum est, circa hancum periculum in alieno territorio  
Acquisitionem

2.

3.

4.

5.

6.

7.

1.


1.



aus  
für









4

DISSERTATIO PHYSICO-MEDICO-FORENSIS  
 INAUGURALIS,  
 DE  
**FOETU MONSTROSO  
 DVPLICI,** 1725,  $\frac{2}{a}$   
 HVJVSQVE OCCASIONE

DE  
 PVLMONVM AQVAE INJECTORVM  
 E-ET SVBMERSIONE,

QVAM  
 D. T. O. M. CLEMENTER ANNVENTE,  
 EX GRATIOSO INDVLTV  
 AMPLISSIMAE FACVLTATIS MEDICAE  
 PRO OBTINENDIS SVMMIS IN ARTE MEDICA  
 HONORIBVS AC PRIVILEGIIS,  
 IN PERANTIQA CATTORVM ACADEMIA  
 MARBVRGENSI,

PVBL. MAGNIF. ET EXCELL. DNN. PROFESSORVM  
 EXAMINI SVBMITTIT,  
**CHRISTOPH. JOACH. WOLFART,**  
 NEO-HANOVIENSIS,  
 DIE 12 OCTOBRIS, HORIS L. Q. C.

MARBURGI CATTORVM,  
 TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR



P. 280.





DEO IMMORTALI,  
PATRI PATRIAE  
CLEMENTISSIMO AC POTENTISSIMO,  
*VENERANDIS SVIS*  
PARENTIBVS,  
PATRONIS ATQVE AMICIS  
OMNI DEVOTIONIS ET HONORIS CVLTV  
PROSEQUENDIS.

*Haec studiorum suorum primitias in submissi,  
gratissimique animi tesseram, imò ulte-  
rioris gratiae, beneficii & favoris incita-  
mentum dat, dicat, dedicat*

A. R.







I. N. J.



fferat Africa, juxta vetus proverbium; semper aliquid novi: non ausim tamen de tenui hocce meo labore idem gloriari. Siquidem nimius mihi sum conscius, plurimos incomparabiles & in arte salutari, auctoritate merito pollentes Viros in evolvenda *Monstrorum* natura & origine ex triplici naturae regno egregie & laudabiliter jam desudasse; inter quos primatum obtinent FORTUNATUS LICETUS, de *monstris*, CASP. SCHOTTIUS, *Phys. Curios.* WENRICHIIUS de *ortu Monstrorum*. BARTHO- LINUS *Observ. Anatom. rarior. collect. Ephemerid. Nat. C.* an- nis fere omnibus, quae omnia & singula hic corradere & recensere, labor profecto foret non Dissertationis, sed spissi satis voluminis. Quare, ne prioris limites excedamus, curam saltem hac vice in duplex *monstrum* dirigemus, quod VENERANDUS MEUS GENITOR, ex divite suo penu rariorum observationum in dulcissima Patria Hassia collectarum, be- nigne communicavit.

Quod, antequam aggrediar, praemonendum volo, mihi nequaquam latere, in eadem Alma hacce Universita- te, & fortassis ex eodem hocce suggestu Academico bis jam, (& quoties nescio) de arduo & abstruso hocce monstrorum partuum negotio publicè fuisse disputatum, & prima qui-




dem vice Anno 1670. die 24. Januarii, Praefide DN. HENRICO MAJO, Respond. Hutzholzio, altera verò Anno 1684. Praefide Excell. dumque viveret Celeberrimo JOHANN. JACOBO WALDSCHMIED, Med. Doctore, Archiatro Hassia- co, Prof. Medicin. Primario, Physices autem Ordinario, Respondente Christiano Küstnero. Confido interim, & hancce bigam *monstrorum* tractationem, tum propter argu- menti raritatem, cum propter variantes circumstantias ab aliis plurimis *monstris* aequo, & Christiano, & curioso Lecto- ri, in totum minime displicituram, quod ut fiat, obsequio- sissime volo rogatum, & humanissime. Sit igitur sequens  
HISTORIA PRIMA.

Editus est in lucem à Judaea matre sexus sequioris vitalis & omnibus numeris completus partus biceps, eâ, quam vides in praesenti icone, figura externa praeditus, an- no 1716. die 22. Martii in pago Hassiae Inferioris *Germentroden* dicto, quatuor miliaribus Cassellis distante. Post ex- clusionem foetus dextrum caput, more foetuum humano- rum vitalium, ejulavit, sinistrum verò dubio procul ob labores in partu hocce difficili exanthlatos gravissimos, per intervalla profunda tantum traxit suspiria. Vixit interim hoc *monstrum* per horam dimidiam, hac vero elapsa pla- cide obdormivit, vitaeque suae finem fecit. Partium ex- ternarum, cum evidenter satis elucescat, configuratio, nec multus, nec molestus ero earundem recensione, sed saltem internarum, quantum quidem, sc̄stinare jussus. cul- ter Anatomicus investigare, visuique ob partium subtilitatem, aliarumq; circumstantiarum statum sistere valuit, ea qua pot- ero brevitate, conspectum fideliter exhibebo. Aperto itaque abdomine illud *monstru* unam & simplicem cavitatem omni- bus visceribus oeconomiae animalis necessariis instructam  
reprae-















de  
M  
P  
J  
cc  
R  
ha  
m  
lii  
ri  
fi  
  
vi  
qu  
no  
de  
cl  
ru  
la  
in  
h  
ei  
te  
no  
fa  
te  
al  
er  
at  
bu

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page]*





repraesentabat; occurrebant enim in hac (1) unum hepar cum vesicula sua fellea, ductibusque ordinariis & consuetis, satis interim, ratione reliquorum viscerum contentorum ordinariam molem superans. (2) Unus ventriculus in superiori seu potius sinistra parte duobus oesophagis, in inferiori vero s. dextra unico saltem pyloro instructus. (3) Unicus lien. (4) Intestina omnia sana & completa. (5) Unum par renum cum binis suis ureteribus. (6) Simplex vesica. (7) Unicus tantummodo uterus omnibus requisitis ad generandum completus. In simplici cavitate pectoris occurrebant (1) ordinarii pulmones septo suo consueto a se invicem determinati, rubicundi & aliquantisper inflati, unico continuo diaphragmate cincti, & duplici aspera arteria, in puncto insertionis, combinata instructi. (2) Dissecto pericardio unico, non sine stupore duplex in eodem intuiti sumus corculum cum totidem auriculis suis eleganter condecoratum, quod postmodum excisum cum pulmonum utroque lobo exiguae quantitati aquae injectum felicissime huic supernatabat. (3) Quodlibet caput peculiari suo cerebro conspiciebatur repletum. (4) Vasa sanguiveha, aliaque non nisi simplicia & aequaliter distributa erant. Ast merito dolendum, quod, ob putredinis jam initia contracta, reliqua pro dignitate lustrari, enodari ac evolvi non potuerint. Hanc presso nunc pede sequitur

HISTORIA SECUNDA

Ex literis ad Ministrum quendam Magni Nominis datis:

S. Z.

Als gestern Kampachischer Pfarrherr / Ehren Müller  
 hierigen Amtes, dem hiesigen Rotenburgischen Amte,  
 mann Weber schriftlich bekant gemacht / daß eine ge-  
 wisse

A 3



wisse Weibs Person ein in Unpflichten gebohrnes Kind /  
oder vielmehr *monstrum* mit einem Leib / zweyen Köpf-  
fen / 4. Armen und 4. Füßen zur Welt gebohren / und  
gedachter Amtmann Weber mir anzeigen lassen / daß  
er nicht wüßte / was hierbey zu thun / oder wie zu verfab-  
ren; habe ihme zur Wiederantwort gegeben / daß er  
seinen Pflichten gemäß / diesen *casum insolitum* so fort  
durch einen Expressen nach Cassel zu berichten / und er  
durch seinen Landtnecht das *Corpus anhero* hohlen lassen /  
so auch erfolgt / nachdem aber solches selber in Augen-  
schein genommen / und befunden / daß es was extraor-  
dinares / und / meines ohnvorgreiflichen Ermessens / in die  
dem Gerichte nach / von Ihro Hochfürstl. Durchl.  
unserm allerseits Gnädigsten Landes Fürsten und Herrn  
gnädigst befehlichten und angerichteten Karitäten / oder  
Anatomie Kammer eine Stelle wohl meritire. So ha-  
be die resolution genommen / ohnerachtet hiesiger Apo-  
thecker allbereits einen starken / und zur conservation die-  
nenden Spiritum mit Kosten verfertigt / um darinnen  
diese wundersame Geburth zu conserviren / und vor der  
corruption möglichst zu verwahren / der Schwegische Me-  
dicus Frohn. so eben hier zugegen / sich erkläret / heute  
gegen 8. Uhren sich einzufinden / und eine Section vorzu-  
nehmen / solche ohnverweilet auff Cassel durch diesen Ex-  
pressen zu senden; Demnach aber die mir vormahls be-  
kandte Hochfürstl. Hoff- und Leib- auch andere Medici  
vorlängst verstorben / und von gegenwärtigen keine Bes-  
kandtschaft / weniger ich mit dem Collegio Medico eini-  
ge correspondenz habe. So nehme auf Erinnerung der  
vor vielen und langen Jahren mit Eure Hoch Ed. ge-  
nossenen connoissance die hardieste, hierunter mich an Dies  
selbe



selbe zu adressiren / in sicherer Hoffnung / solche nicht  
 übel aufgenommen / vielmehr die gütige Vorsorge getra-  
 gen werden würde / wie Hochgedachter **Ihro Hoch-**  
**Fürstl. Durchl. Curiosität** hiedurch ein unterthänigst  
 contentement, mittelst Gnädigst-befohlener anatomirung/  
 insonderheit / um zu erfahren / ob die partes internae gleich  
 denen externis in duplo sich befinden / zu veranlassen. Ich  
 habe vor etlich und 50. Jahren dergleichen verschiedene in  
 der Leydischen Anatomie-Kammer / wie auch in Lon-  
 don und Paris bey denen Membris Societatis Regiae ge-  
 sehen / so mittelst stärker Essenzen und Spirituum von  
 der Verwesung in so weit lang befreuet / gehorsamst  
 bittend / mein Ansinnen zu pardoniren / anbey sich zu  
 versichern / daß mir ein sonderbahres Vergnügen seyn  
 wird / zu glauben / daß / wie vormahls / also noch lange /  
 der große GOTT mir das Leben nach meinem nun achtzig  
 jährigen Alter und funfzig jährigen Bedienungen fristen  
 wird / verharren werde

Eure Hoch-Edele

Wanfried / den 6ten Maji  
 1725.

Meines insonders Hochgeehrtesten Herrn  
 Kriegs-Raths

Ergebenster Diener

WALTER, mpr.

Praemissa igitur sic figura externa *monströsi* hujus foetus,  
 nunc progredior ad internarum partium constitutionem,  
 quas quidem eo ordine recensebo, quo illas VENERANDUS  
 MEUS PARENS in publica hujus *monströsi* cadaveris sectione  
 observare potuit, auxiliatrices fideliter manus adhibente  
 Viro



Viro in re Anatomica, & arte Chirurgica versatissimo Dn. JOHANN. GISSOT, SERENISSIMI ac POTENTISSIMI NOSTRI CAROLI HASSIARUM LANDGRAVII Archi Chirurgo Meritissimo, Amico meo in paucis Charo. Dissecto itaque lege artis abdomine, ut ipsius pateret cavitas, haec (1) non nisi unica deprehendebatur, uno continuo diaphragmate à pectore distincta. (2) Duo ventriculi cum suis orificiis ordinariis apparebant, quorum dexter in intestinum Colon hiabat pylorus, sinister vero in intestinum Ileum. Hi ventriculi per ductum lateralem ita (3) sibi juncti erant, ut, tubulo oesophago alterutro intruso, statim intumesceret, cum appensis intestinis satis bene alias adhuc sese habentibus uterque (4) duplex Hepar vas suis excretoriis in intestinum duodenum excurrentis. (5) Quatuor renes cum totidem renibus succenturiatis. (6) Quatuor ureteres in duplicem vesicam consueto cursu emigrantes. (7) Unicum Intestinum Rectum circa exitum in duplicem truncum ita divisum, ut quilibet anus peculiari suo exitu gauderet. Hinc (8) duplex excrementorum cloaca. (9) Unicus in latere sinistro lien. (10) Partes genitales tam inquam externae perfectae sexus sequioris fuere. Hisce festinante cultro Anatomico in abdomine visis, ascendebatur ad pectus, in quo occurrebant (11) pulmones duplices, singuli in tres lobos divisi, flaccidi & lividi. (12) Duplex cor cum auriculis pericardii liquori libere innatans. (13) Duplex oesophagus. (14) Duae asperae Arteriae. (15) Pulmones bini excissi, & aquae frigidae injecti, una cum suis corculis instar plumbi vel lapidis ocyllimè hujus ima petiere, quod denegabant prorsus levi tantum immissio flatu, licet etiam fortiter compressi. Omnium partui adstantium constans manet assertio, mortuum huncce partum in lucem  
 sine



sine luce fuisse editum. Plura investigare, non concesserunt rationes, jam in prima historia circa finem allegatae, quod interim profecto summopere in hujusmodi casibus dolendum mihi videtur. Quodsi interim curiosi hujus nostri *monstri* exactam & externam figuram videre desiderent, una cum non exigua partium internarum convenientia, hos relegamus ad Natural. nonnullorum Uratislaviensium Acta & quidem p. m. 178. Ann. 1721. Mens. Augusti Articul. X. & seqq.

*THESIS I.*

Perspectis sic singulis utriusque *partis monstri* faciebus cum extum internis, ea qua potuit fieri circumspicione, nemo opinor adeo excors amplius esse audebit, ut dubitet, utriusque nostrae historiae subjectum ad *monstra humana* jure meritoque esse referendum. An vero illa vocantur à *monstrando*, quod ob raritatem *monstrentur*, & à putredine praeservantibus & conservantibus medicamentis, ea propter in curiosis museis ad spectandum reponantur, vel aliquid futurum *monstrent*, mihi perinde est, cum non amem, ejusmodi Etymologicis altercationibus oleum & operam perdere: nam videntur hae merae nugae vix dignae, ut operosius refutentur. Nulla enim ratione nituntur, nulla experientia confirmantur, in primis quoad posteriorem, sed utpl. sola anicularum superstitione se tumentur.

*THESIS II.*

Est vero mihi *monstrum humanum*, (reliqua siquidem hic praetermitto,) *foetus*, qui corporis sui insolita configuratione degenerat, & recedit à recta & consueta corporis dispositione. Quam definitionem realem esse, minime autem nominalem, quilibet justus & aequus rerum aestimator facile



cite mihi concedet. Fit autem haec degeneratio non unico, sed multiplici modo, à consueta corporis humani dispositione, pro variis circumstantiis, de quibus modernorum Physicorum pariter ac Medicorum libri omnes sunt pleni, quos perinde Curiosus Lector ipse adire rogatur. Medicum pauca nobilitant, hinc mihi etiam pauca annotasse sufficiat. Sic alius nascitur sine capite, alius sine brachiis, alius sine pedibus, vel quacunque alia parte mutilus; alius defoedata facie, alius membris è nativa in aliam extraordinariam sedem depositis, & sexcenti alii, quos, majoris & facillioris intellectus ergo, cum Excellentissimo WILHELMO HULDERICO WALDSCHMIDT, J. J. Filio, Kiloniensium Medicinae Doctore, hujusque & Philosophiae Professore longe Celeberrimo, Acad. Caesar. Leopold. nunc Carolin. N. C. Collega, ex pererudita Ipsius Dissertat. *de Sororibus ab osse sacro, monstrose sibi invicem cohaerentibus*, die 10. Julii 1709. publ. ventilata seqq. Tabulae includimus.

1.	Simplex partium	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="927 722 954 860">1.</td> <td data-bbox="954 722 1075 860">Numero</td> <td data-bbox="1075 722 1214 860"> <table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 722 1102 860">{</td> <td data-bbox="1102 722 1214 860">aucto. imminuto.</td> </tr> </table> </td> </tr> <tr> <td data-bbox="927 860 954 890">2.</td> <td data-bbox="954 860 1075 890">Situ depravato.</td> <td data-bbox="1075 860 1214 890"></td> </tr> <tr> <td data-bbox="927 890 954 920">3.</td> <td data-bbox="954 890 1075 920">figura depravata.</td> <td data-bbox="1075 890 1214 920"></td> </tr> </table>	1.	Numero	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 722 1102 860">{</td> <td data-bbox="1102 722 1214 860">aucto. imminuto.</td> </tr> </table>	{	aucto. imminuto.	2.	Situ depravato.		3.	figura depravata.	
1.	Numero	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 722 1102 860">{</td> <td data-bbox="1102 722 1214 860">aucto. imminuto.</td> </tr> </table>	{	aucto. imminuto.									
{	aucto. imminuto.												
2.	Situ depravato.												
3.	figura depravata.												
Monstrum est vel	2. Compositum partium	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="927 860 954 979">1.</td> <td data-bbox="954 860 1075 979">Numero</td> <td data-bbox="1075 860 1214 979"> <table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 860 1102 979">{</td> <td data-bbox="1102 860 1214 979">aucto. imminuto.</td> </tr> </table> </td> </tr> <tr> <td data-bbox="927 979 954 1009">2.</td> <td data-bbox="954 979 1075 1009">Situ depravato.</td> <td data-bbox="1075 979 1214 1009"></td> </tr> <tr> <td data-bbox="927 1009 954 1038">3.</td> <td data-bbox="954 1009 1075 1038">figura depravata.</td> <td data-bbox="1075 1009 1214 1038"></td> </tr> </table>	1.	Numero	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 860 1102 979">{</td> <td data-bbox="1102 860 1214 979">aucto. imminuto.</td> </tr> </table>	{	aucto. imminuto.	2.	Situ depravato.		3.	figura depravata.	
1.	Numero	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="1075 860 1102 979">{</td> <td data-bbox="1102 860 1214 979">aucto. imminuto.</td> </tr> </table>	{	aucto. imminuto.									
{	aucto. imminuto.												
2.	Situ depravato.												
3.	figura depravata.												
	3. Anceps quantitate	<table border="0"> <tr> <td data-bbox="927 979 954 1068">{</td> <td data-bbox="954 979 1214 1068">In una parte deficiente. In altera abundante.</td> </tr> </table>	{	In una parte deficiente. In altera abundante.									
{	In una parte deficiente. In altera abundante.												

Quis



Quis igitur nunc larga non concedet manu, & nostris esse quoque inter *monstrosos foetus* humanos classem aliquam relictam. Ridicula vero modo Laudatissimo huic Viro videtur, & merito, illa nonnullorum opinio, qua, & qualitatis vitia inter *monstra* recensentur, quae tamen potiori jure vel ad *monstra* prorsus non pertinent, vel melius, ad figurae, situsque depravationem relegantur. Et hoc modo infans nigro colore, instar Aethiopsis, infectus, ab albis parentibus, aut vice versa, foetus candidus, à parentibus Aethiopicibus prognatus, sine omni prorsus ratione, ad *monstrorum* ordinem refertur. Quamvis enim *monstrosi* quid habeat haec generatio, ipsum tamen productum non est *monstrorum*, quia (1) videntes ab eo non abhorrent, (2) nihil in suo corpore, absolute considerato *monstrosi* obtinet, quamvis habita ad parentes relatione, insoliti plane quid, & extraordinarii factum esse, quivis videat, uti cum Liceto Libr. 2. Cap. 46. concludimus. Unde Aethiops iste Basaimensis filium candidum, quem uxor ejus nigra pepererat, non sine omni ratione, pro suo agnoscere volebat, donec à Patre Th. de B. S. I. admonitus, gallinas atras, à gallo atro compressas, nihilominus alba excludere ova, reversus ad saniolem mentem, pro filio à se prognato infantem receperit, teste FAVERNERIO *Itin. Lib. V. Cap. 17. p. m. 1. 7.* vid. etiam *l. c. pag. 15. 16.* Cujus haud abfimilem casum D. GABRIEL. CLAUDERVS *Observat. 190. pag. 381. Dec. 11. Ann. V.* recenset, verb. seqq.: *Aethiops, Aulac cujusdam alumnus, utitur lasciva venere cum meretrice Germana alba: haec tempore legitimo parit filium, quoad omnia membra album, excepto solo illo, quo virum sese praestitit Taurus iste in venere ruens, nigro & patrisante.*



THESES III.

Quae duo speciosa praemissa exempla, nos lento quasi pede, nunc ducunt ad abstrusissimum, & omnis difficultatis plenum *generationis negotium*, quo tamen non praecognito, prorsus impossibilis erit, vera ac genuina, tot monstrorum inter se differentium, causarum investigatio. Aurem verò mihi statim vellicat nonnullorum cavillatio, me juvenem, & paucorum tantum dierum hominem, non erubescere, de absconditis, & quas natura aliàs tegere jubet, quaeque parentibus primis primam quoque incusserunt verecundiam, non vereri palam profiteri, ast medicus sum, & summis in arte salutari honoribus in praefens velificor, adeoque mearum est, specimen profectuum, quos, in hujus Medicinae parte fecerim, publice exhibere. Audiat B. L. mecum, quae nobis in aurem dulce canit *Experientiff. & Celeberrimus quondam Professor Giesfenus, LAURENT. STRAUSIUS, in Microcosmographia metrica acturus de utriusque sexus partibus generationi dicatis, pag. 42. & 43.*

*Forte, quod in nostra, nullum Tu fronte ruborem  
Cernis, sic animum fronte carere putas?  
Meque puellarum censes ex ordine earum  
Quas dudum frontem perfricuisse patet!  
Ne quaeso pectus tam vilis opinio vexet  
Prostratâque agiter religione cave!  
Virgineo semper prosectio casta decore  
Splendet, & expansos monstrat honesta sinus.  
Quin detecta tegit, moderante silentia velo  
Nec nisi discendi mota calore secat.  
Obscoenum nihil est oculis, mihi crede, pudicis.  
Si modo discipias discere, adesse licet.*

Affer



*Affer vestalem, sed pelle cupidinis, ignem,  
Hic oculos laedit, sed juvat ille, tuos.*

Diverforum igitur diverse sentientium, circa perplexum generationis negotium, Doctorum opinionibus valere jussis, tanquam evictum praesuppono, omnia viventia ex ovo prodire, & foeminam oviparam esse, suaque ovula in uterum parere. In ovariis enim continentur ovula, seu vesiculae lymphae crystallinae turgidae, quae tota futuri hominis rudimenta complectuntur, non secus, ac in gracillimis feminum gemmulis, integra plantae lineamenta, ac in ovi gallinaei cicatricula, pulli stamina delitescunt. Omnia autem ova nondum foecunditati matura sunt, sed prius investiri debent corpore luteo, quod ovulum in sinu suo fovet, & exteriorem versus ovarii partem papilla quadam protuberat, exteriorem autem ejus superficiem fibrae carnae ambiunt, quae una cum vasis sanguivehis, & fibris nerveis interius se insnuant, ac umbilicum, veluti quendam efficiunt.

*THESIS IV.*

Quando nunc foemina sub amplexu viri aestu venero flagrat, & foecundus naturae ager, in quo fata semina foecundantur, & germinascunt, largo maris imbre irrigatur, solum oestrus amoris, per suavam titillationem, ipsos ovi ductus, qui antea capreolorum modo crispati erant, aperit; sicque versus ovaria sollicitat, quò sic diductis fimbriis suis, veluti digitis ovulum maturum atque ita ad emigrandum paratumprehendant, & motu fibrarum suarum musculosarum & nervearum peristaltico in uterum devolvant. Ovulum jam in utero constitutum maris genitura aequae, ac ipse uterus interne



foecundatur, quo fit, ut vividior quoque geniturae portio elastica pelliculas ovuli quaquaverfum permeet, ac in totam crySTALLINAM lympham dispersa, eandem motus beneficio celerrimi exsolvat, torpidaque germinis stamina excitet, & vitae initium constituat.

*THESIS V.*

Vivit ergo & nutritur statim post conceptionem ipse foetus, augmentum vero, per totum nonimestre spatium, ordinarie demum consummatur. Primo enim mense foetus ad formicae majoris, secundo ad muscae majoris magnitudinem accedit, magno cum capite, & pedibus brevissimis. Tertio digiti longitudinem aequat, & oculos, aures, nasum, ungues, aliasque partes jam explicatas, sanguinem vero purpureo colore nondum tinctum, exhibet. Quarto & quinto mense spithamam fere superat, sed amplitudo capitis, exiguae corporis staturae, non respondet, & os frontis, nec non reliqua capitis ossa, membranarum instar, tenuia & mollia sunt, praeterlapso vero mense quinto, manifestius incrementum suum maturat, adeo ut septimo mense debitam fere magnitudinem adeptus sit, verum in hoc aequae ac in octavo mense, sutura coronalis, labia, ungues, articuli, aliaeque partes adhuc mancae sunt, & durante mense nono, foetus tandem in perfectam corporis humani telam perducitur.

*THESIS VI.*

Adeoque sub finem noni, & principium decimi ab impraegnatione mensis solaris, absolutum est nutritionis & augmentationis negotium, & terminum morandi in utero, à Deo, mediantibus operationibus mechanicis, praefinitum foetus transilivit, quare etiam ergastuli sui pertaesus, ob angustiam loci rotundus, & velut in globum coactus, humorum-



morumque singulorum majorem expansionem, omni conatu egressum suum affectat, prout eleganter & erudite ita ratiocinatur Nobilissimus JOH ABRAH. SEILERUS, Bernavia-Marchicus, in oeconomia sua hominis nascendi, sub schemate quinque casuum forensium, ad disceptandum in perantiqua Rauracorum Academia ventilata anno 1703. die 24. Septembris. Evolvantur quoque, quae *Cap. VII. pag. 665. usque ad p. 743.* inclusive, de generatione animalium recenset Excellentiss. D. CHRISTIAN. VATER, Patholog. Professor & Physicus Provincial. in *Physiologia sua experimentalis* solidis demonstrationibus Mechanicis, Chymicis & Anatomicis illustrata & confirmata, publicique juris facta, Wittenbergae A. O. R. 1701. ubi multa, si non omnia, curiosa, & salivam moventia invenerit C. L.

*THESIS VII.*

Quibus omnibus ac singulis, rite & decenter, secundum brevem factam relationem, sese habentibus, non potest sane non foetus humanus, sanus, vegetus, vitalis, & omnibus numeris absolutus, lucem publicam aspicere. Quemadmodum ex motibus tumultuariis, & inordinatis, aliisque circumstantiis praeternaturalibus variis intercurrentibus, v.g. (1) seminum irregulari constitutione, & in hac primorum lineamentorum mala conformatione: (2) eorundem prava locatione, sive ob vitium ovarii, sive uteri, ubi foventur & excluduntur ova, & (3) tandem prava illorum nutritione, necessario etiam varia *monstra* progigni debent. Quo vero ordine mechanico, qua ratione, quo modo stricte, quaque prudentia, natura haec sua lento gradu ludat dramata, nemo, ut opinor, adeo praecise, accurate & verè determinare, audebit; est enim res, quae omnes ingenii humani facultates intelligendi & cognoscendi lon-



di longe superat. Quare pariter manum de Tabula. Mihi sufficit dixisse, omne monstrum esse partum non naturalem, minime vero omnem non naturalem esse monstrum. Vid. *Traité complet des accouchements naturels, non-naturels & contre nature, expliqués dans un grand nombre d'observations & reflexions sur l'art d'accoucher, par le Sieur DE LA MOTTE, Chirurgien Juré & Accoucher à Vallognes à Paris 1722.* THESIS VIII.

Et, prout ex foecundo congressu vel unico, vel repetito, non solum in brutis, sed etiam in homine, teste experientia, plures multoties foetus concipiuntur, & in conspectum nostrum veniunt; cogitandum mihi videtur, hunc effectum merito totidem ovulis maturis unice adscribendum esse. Singula enim ovula, si, prout jam in praemis- sis monitum fuit, completam futuri animalis delineationem in sinu suo complectuntur, quare non etiam simul, in primis suavi conspectu intra breve tempus reiterato, in motum consimilem rapi & actuari possent? profecto ego nihil video, quod obstat. Imo possunt pariter ex unico ovulo gemelli nasci, quando ovum, uti saepe fit, duplici vel triplici cicatricula gaudet, quo casu, quaevis cicatricula pulli lineamenta in se fovet, imo longe facilius adhuc negotium hoc peragi poterit, si ovulum intra ovulum contineatur, cujus quidem effigiem huc transmissam vidit Excellentissimus & Experientissimus DN. WOLFFIUS, Consiliarius Aulicus, & Professor in Facultate Philosophica Primarius, Meritiss., Fautor & Patronus meus aetatem Venerandus, quod gallina Indica in suburbio, vulgo die *Französische Neustadt*, inter alia posuit, originale vero, in hanc usque horam, conservatur, & Curiosis advenis, à Parente meo Honorando monstratur, qui Eum honoris causa visitant.

Uti



Uti ovum ovo, ita hoc Castellianum simile est illi, quod nobis communicant Aca Eruditorum, & quidem Anni 1683. pag. 210. verbis seqq. *Occurrit mihi forte Mense Mayo 1682. gallinaceum ovum vitello & albumine, instar ovorum communium, perfecte instructum in quo ovum aliud, columbini magnitudine, continebatur. Situm erat in majoris ovi medio, putamen inter & vitellum, cui paulisper adhaerebat, mediante materia quadam viscida, quae non impedivit, quo minus ab illo facile avelleretur, illaesa, quae vitellum majoris ovi continebat, membrana. Contenti istius minoris ovi testa imperfecta nec solida, facile à substrata, seu ovi substantias succingente, tunica, quatenus friabilis, separata fuit. Hac autem aperta membrana, prodit primo liquor albumineus, intus & extra candidis filamentis conspersus, quique, albuminis proprie dicti, haud dubie loco erat. Emersit deinde substantia quaedam mucilaginea, crystallina, solidiorique consistentia donata. Primo liquori, ut vitellus albumini, cohaerebat, & ab illo pari negotio separata fuit. Sphaericam figuram tenacissime servabat, pisi magnitudine. In ipsius medio albae fibrillae conspiciebantur, quae illam prae se ferebant configurationem, quam à vario continentis istius crystallinae substantiae situ mutuabantur, cum nempe in piano collocabatur, in longum porrigebantur, cum vero sphaericam rursus figuram repetebat, contrahantur. Microscopii examini tradita, punctula quaedam crystallina, nullo ordine constituta, filamentaque candida, perlucidaque in ipsius circumferentia, quaedamque etiam minus lucida punctula observabantur. Utraque substantia in aquam injecta fuit. Liquidior, quaeque primo prodierat, supernatavit: posterior autem, sive sphaerica fundum petiit; igni traditae indurere. Illa extensa & diffusa fuit:*

C

Haec



*Haec vero rotunda sphaerica solidaque: in utraque dissecta nihil heterogeneum adfuit.* Haftenus Acta Erudit. Quibus elaborandis dum inhio, mittitur mihi nova Castellis observatio de gallo domestico tribus alis, totidemque pedibus, & crista monstrosa, excluso, qui nunc vegetus alitur in aedibus Viri Excell. & Experientissimi *Domini Doctoris GRAU SERENISSIMI NOSTRI PRINCIPIS* Archiatri longe Celeberrimi, Fautoris pariter ac Patroni mei ad aras usque submissis colendi. Quo pro sua singulari curiositate experiri secum laudabiliter constituit, num compressae ab hoc gallinae pariles *monstrosos* pullos sint producturae. Quis autem & in hoc casu mecum asserere amplius dubitaret, prima pulli stamina jam in ovo, quoad conspectum non nisi unico ita vel praextitisse, vel alio ovo ovum fuisse praegnans. Consulantur hic D. THOM. BARTHOLIN. *de ovo praegnante Decur. annorum prima observat. XXXVI. pag. 104.* D. SEBAST. JUNG. *Ovum ovo praegnans. pag. 348. anno 2.* D. GEORG. HIERONYM. WELCHIUS, *Observ. 32 de lapidibus praegnantibus, gemmis in gemmis, ovo in ovis anno 3 pag. 44.* D. GEORGIUS SEGERUS *de ovis duplici vitello donat. anno 3 pag. 299. Observ. 188.* D. ANDR. GLEYERUS *de ovo gallinaceo praegnante pag. 38. observ. 17. Decur. annorum secund. Ann. 1.* D. JOHANN. GEORGI SOMMERI *de ovo in ovo, Observ. 44. ann. 1. pag. 122.*

THESIS IX.

Quae cum ita sint, prout revera sunt, nae historiae monstrorum exinde magna lux affunditur. Quid enim concipere facilius est, quam in ejusmodi casu non debere non tumultuarios motus in foetus teneris & primis staminibus excitari, horum, versum, dextrorsum, sinistrorsum



strorsumque, ita, ut mox omnia decussatim excurrant, mox unum aliud ex loco suo expellat, sauciet, & sic in unum coalescant. Qui conceptus sane non minus veritati congruus videtur, quam si dicerem, *monstra* non pauca, quibus & nostra ad minimum accensere non vereor, prout excluduntur, nobisque haud panicum revera incutiunt horrorem, jam in semine praeexistisse, cum Deus & Natura nil faciant frustra, & quis Immortali Deo, unquam adeo fuit à consiliis secretioribus, ut omnes ipsius vias ita exacte pervestigaverit, ac ita summi Numinis liberrimam intentionem plene assecutus fuerit. Lento gradu ad vindictam sui Divina procedit ira, at tarditatem, supplicii gravitate compensat. Nolo interim quempiam judicare: multo minus matris vehementem imaginationem, dum modo primis mensibus, ubi singula adhuc mollia sunt, contingat, & oriatur, propter arctissimum matris cum embryone commercium, prorsus in dubium vocare.

THESIS X.

Hiscè praelibatis & pramissis nunc delabor ad secundum meae dissertationis membrum, scilicet de pulmonum aquae injectorum, E- & Submersione, experimento infallibili, ubi statim praevideo, me haud leves tumultus in Schola Philosophorum aequè ac Medicorum excitaturum esse, non inscius, dari, qui pro affirmativa in renunciando, alii contra, pro negativa, strenue & acriter militant. Ego quidem nulli cohorti me adscribam, sed nude enarrabo, quae PARENS MEUS DILECTUS in propriis suis observavit sectionibus, in conflictu autem ipso postmodum sequetur & emerget verior in Ratione & Experientia fundata decisio.



EXPERIMENTUM I.

Bez/ durch Tit. Herrn Lt. und Regierenden Bur-  
germeister Schanze/ Ergst. besorgter Besichtigung/ des  
ohnfern Eßrut / in einem hohlen Baum/ am Wege todt  
gefundenen/ und in eine schlechte blaue Schürz gewickel-  
ten Kinde/ männlichen Geschlechts/ hat sich befunden/ daß  
solches vollständig ausgetragen gewesen. An dem Halse  
ersienen zwey blaue Strichmen/ als ob es da angegrif-  
fen/ und also erwirget worden seye / wie dann der fest  
geschlossene Mund gang schwarz/ nebst der Nasen ausfa-  
hen; Sonsten waren alle viscera trium cavitatum ganz  
gesund / auch äußerlich keine Gewaltthätigkeit weiter zu  
sehn/ und/ weisen über dieses/ der funis umbilicalis, so kurz  
vor der placenta abgerissen / annoch mit häufigem Ge-  
blüth angefüllet war/ die Lunge auch auf dem Was-  
ser empör schwimme / als schliessen wir / daß dieser  
partus lebendig zur Welt kommen / und nachdeme erst  
morte violenta seye umgebracht worden / welches der  
Wahrheit zu Steuer 2c. Cassel den 13. Martii 1713.

P. WOLFART, Land-Physicus.

FRANTZ KÖNIGER / Land-Chirurgus.

Quam modò dictam enunciationem Infanticida quo-  
que propria sua confessione, ad hunc articulum interrogata,  
morte sua confirmavit; collumque suum bene praeparata  
placide gladio subjecit. Ex gratiosissimo indultu postmo-  
dum Anatomiae inservivit.

EXPERIMENTUM II.

Auf Ergst. Verordnung beyder Hochfürstl. Beam-  
ten/ zu Gudensberg / als Herrn Rentmeister von Bent-  
heim und Herrn Schultheiß Geise / haben wir unter-  
schrieben



schriebene Medicus und Chirurgus, das von der Kidneyen  
zur Welt gebrachte Kind/ mit aller behörigen Sorg-  
falt besichtiget. Eufferlich erschiene selbiges sehr übel ge-  
staltet/ indeme beyde Augen groß/ und dick/ oben auf dem  
Kopffe/ wo sonst das os frontis mit dem osse sincipi-  
tis sich zu conjugiren pfeget/ plane contra conluetum  
Naturae ordinem, placiret waren/ die Ohren schlugen sich  
vorwärts herum/ die Zunge ragte etwas aus dem ziem-  
lich grossen Munde hervor. Ja es war die übrige Leibs-  
disposition eben auch nicht zum besten formiret. Inde-  
me aber nun sonst keine zeichen/ einer violentiae exter-  
nae an demselben anzumercken gewesen/ über das die  
Lunge/ nebst dem Herzen/ in kaltem Wasser also-  
balden wie ein Stück Bley/ zu Boden gefallen/ so  
können wir nicht anderst urtheilen/ zumahlen da die  
Wehmutter ein gleiches aussaget/ als daß dieser foetus  
monstrosus ante exclusionem wirklich seye todt gewesen.  
Welches ic. Gudensberg den 27ten Decembr. 1722

P. WOLFART, Land: Physicus.

N. MÖLLER, Stadt: Chirurgus.

### EXPERIMENTUM III.

Auf gnädigen und Größt. Befehl von Hochfürstl.  
Regierung/ haben wir unterschriebene Medicus und Chi-  
rurgus das/ von Anna Margaretha Hornin zur Welt  
gebrachte Mägdelein/ mit aller behörigen Sorgfalt besich-  
tigt. Eufferlich erschiene in osse frontis über dem linken  
Auge eine ziemliche depressio cranii. In tribus cavitatibus  
apertis waren alle viscera ganz natürlich constituiret.  
Die Lunge schwumme mit dem Herzen auf dem  
Wasser ganz frey herum. Vermögen wir demnach aus

C 3

ange



angeführten Umständen/ zumahlen/ da confessio propria  
& saepius reiterata, solches noch mehr bekräftiget / ander-  
ster nicht urtheilen/ als daß dieser foetus, von der Gebär-  
erin/ seye manu violenta, um das Leben gebracht worden.  
Welches x. Wolffhagen den 24. Septembr 1723.

P. WOLFART.

F. Königer.

Decollata & Castellae delata, Anatomiae publicae gratio-  
sissime donata fuit.

EXPERIMENTUM IV.

Auf Ergst. Verordnung/ Herrn Lt. und Ober-  
Schultheiß Berisch/ haben wir unterschriebene Doctor  
und Chirurgus, sorderksamst die durch einen Flinten-Schuß/  
auf der Bleiche zu Welheiden/ verunglückte Annam Ca-  
tharinam Wicking/ ihres Alters 24. Jahr/ mit aller ge-  
ziemenden Behutsamkeit/ so wohl in/ als eusserlich besich-  
tiget. Der Einschuß ware in ipso Epigastrio etwa zwey  
Finger breit über dem Nabel/ mit solcher vehementz ein-  
gedrungen/ daß der ziemlich grobe Hagel/ nicht allein ei-  
ne considerable quantität Federn/ von der auf dem Leibe  
gehabten Bett-Decke/ in die cavitatem abdominis getrie-  
ben/ sondern auch/ das intestinum jejunum, an 4. Orthen  
nebst dem mesenterio, dergestalten darvon durchbohret/  
daß die excrementa una cum vermibus intestinalibus, &  
copiosa sanguinis colluvie, & seri in cavitatem abdominis  
eingedrungen/ wordurch dann auch folglich totalis sta-  
sis humorum vitalium aequae ac animalium, ja der ohn-  
vermeidliche Todt hat erfolgen müssen. In utero de-  
functae befande sich ein wohlgestaltetes Knäblein/ ohngefehr  
etwa von 20. Wochen. Hujus excissi pulmones cum cor-  
de instar lapidis petierunt fundum situlae aqua repletae.

Uebrio



Uebrigens aber war Defuncta quoad reliqua viscera gesund. Welches ic. Cassel den 11. Julii 1724.

P. W.  
J. K.

EXPERIMENTUM V.

Auf Größt. Verordnung haben wir unterschriebene Doctor und Chirurgus, die zu Wehlheiden verstorbene Catharinam Elisabetham Schafferin / ihres Alters 36. Jahr/ bestmöglicht so wohl eusserlich als innerlich besichtiget. Eusserlich zeigte sich ein sehr wohl gehaltener Leib/ so more consueto ex fermentatione praegressa aufgeschwollen/ darbey aber à vertice capitis usque ad plantam pedum ganz ohnverlegt war. Innerlich funden wir alle in tribus cavitatibus enthaltene viscera, recht natürlich und gesund constituiret / so daß weder in partibus solidis, noch fluidis einige eusserliche Gewaltthätigkeit (maritus hoc in casu praefumebatur suspectus, ast frustra & falso) von uns konte angemercket werden. Wenn nun Defuncta kurz vor dem Ende ihres Lebens einen abortum mit einem Knäblein / in circa 16. à 17. Wochen alt/ hat ausstehen müssen / wordurch die Nabelschnur ausgerissen/ und in dem utero nebst der placenta uterina stecken blieben / dieser Zufall aber ein gewöhnliches hefftiges Verbluten nach sich gezogen; als können wir diesen wahren Umständen gemäß nicht anders / zumahl da sie vorher so krank gewesen seyn / urtheilen / als daß sie bey Verlierung gehöriger Kräfte ganz natürlich müsse Todes verblieben seyn. *Pulmones hujus cum corde aquae commissi ocyssime fundum petebant, exiguo verò mediante tubulo statu in arteriam asperam immisso, ut saltem aliquantisper vesiculae pneumonicae intumescerent, non amplius*  
ima



ima petebant. Welches ic. Cassel den 11. Septembrie  
1724.

P. WOLFART.

J. Königer.

Huc meritò refero CAROLI RAYERI de quibusdam in  
dissectione recens natorum observatis *Oblerv. 202. ann. 6.*  
& 7. pag. 295. *pulmones, inquit, parvi, exigui non admo-  
dum rubicundi, instar parenchymatis hepatis, vel portiu-  
culae carnis ex utraque luteore cordis iacebant, in aquam mer-  
sa subito fundum petebant, unde constitit, infantem in utero  
non respirare, (alias aère distenti fuissent) eumque ante ex-  
clusionem mortuum fuisse. Nam, si semel tantum extra ute-  
rum respirasset, aer in pulmonibus detentus, submersionem  
necessario impedivisset. Ut de experimento certi essemus,  
immisimus pulmones agninos in aquam, qui supernatarunt,  
ut cunquo etiam incisi, & aer omni vi expressus fuerit,  
foetus vero pulmones fundum petierunt. Cujus observa-  
tionis necessitatem suo etiam tempore commemoravit  
DIONIS, *Demonstr. Anatom. VI. ubi in fine pag. m. 319. ita ha-  
bet. Les Chirurgiens ne doivent pas negliger cette obser-  
vation, afin qu'étant obligez, de faire leur raport sur un  
enfant trouvé mort, ils puissent dire, s'il étoit mort, avant  
que de naître, ou s'il n'a perdu la vie qu'après la naissance;  
ce qui se peut reconnoître en mettant un morceau du pulmon  
de l'enfant dans de l'eau, s'il va au fond, c'est une marque  
qu'il est venu mort au monde, mais s'il nage dessus, il a  
respiré, & par consequent, il a vécu.* Quod deinde,  
meo quidem iudicio, solè meridiano clarius probant supra  
in Experimento 4. & 5. commemorata exempla. Quoti-  
escunque enim duorum horum foetuum post mortem ma-  
tris exclusorum pulmones, VENERANDUS MEUS GENITOR im-  
merfit,*



merfit, toties fundum petierunt; Unum tandem sumfit, perque asperam arteriam inflavit, quo lobi statim distenti fuerunt, mox vero omni conamine iterum flatu expresso, nihilominus natarunt, nec mergi ulterius potuerunt.

*THESIS XI.*

Ex quibus omnibus ac singulis collective sumtis, nunc cum Celeberrimo ANDR. OTTOMARO GOELICKE Medicinæ Prof. Regio in Acad. Viadrana, non amplius concludere dubito, experimentum hoc *de natatu & submersione pulmonum* indubitatum subministrare argumentum Judicibus atque Medicis, ad convincendas infanticidas, & indagandam veritatem, an infans in utero mortuus, vel post partum demum strangulatus, vel occisus fuerit? Quamquam non negaverim, tantò magis stringere experimentum, quo plura combinantur phaenomena, illius pondus intendentia, quorum etiam nonnulla præcedentibus sunt connexa. Vid. pag. 72. l. c. & paulò post pag. 74. *Consect. V.* nullum foetum in utero matris respirare, cui enim bono foramen ovale cum ductu arterioso tanta industria in embryone formasset natura? *Consect. vero VI.* Si pulmo infantis recens nati, vel natans, vel submergens, infallibile præbet iudicium, num vel post partum vixerit, vel in utero jam demortuus sit, sequitur, hoc experimentum intermitteri nunquam de beri, quia multum facit ad inquisitam sive excusandam, sive convincendam. Sequitur etiam, processum inquisitorium neglecto hoc experimento nullitatis quidem coargui omnino non posse: Manifestum tamen est, involvere qualemcunque neglectum illarum circumstantiarum, quas jure *substantiales* appellare licet; Quia, si Experimentum dextre fuisset institutum, inquisitæ forsitan vel prodesset, vel corpus delicti certius atque citius in apricum deduc-

D

ci po-



ci potuiffet, & tandem *Consect. VII.* nullum juris effectum hisce in casibus sequi, nisi ex sententia & iudicio Medicorum.

*THESIS XII.*

Valeant igitur omnes ac singuli illi, qui curiosius, quam fructuosius experimenta pro infringenda nostra sententia in pulmonibus putredine infectis instituere amant, cum à fiatu praeternaturali ad naturalem nulla valeat consequentia.

TANTUM.

HIS COROLLARIORVM LOCO  
SEQUENTIA ADJICIUNTUR.

I.

*Medicina & Jurisprudencia sororio vinculo, quoad praecipuas quaestiones Medico-Legales adeo arcte sibi cohaerent, ut in his altera absque altera subsistere nequeat. Vid. GOELICKE oratio praeliminaris de sororio vinculo, quod est inter Jurisprudentiam & Medicinam.*

II.

*Potius ad abortus, quam veros partus referendi mihi videntur quinque- & semestres. Licet enim, quoad organorum ac partium suarum conformationem, absoluti, sint, durabiles tamen eosdem fore vitalibus aequae ac animalibus aetibus edendis, vix ausim defendere: magna siquidem intercedit differentia inter eiusmodi partium, qui perfectam jam humani partus substantiam assecutus est, & talem, qui nondum ea partium & organorum maturatione gaudet,*

ut



at iis seorsim vivere, aliq̄ue per naturam possit. Concludo  
proinde, quod si foetus quinquemesris omnibus modis atque  
numeris absolutus in lucem prodeat, hunc suspicionem fur-  
tivorum amorum vix ac ne vix quidem subterfugere posse.

## III.

Unico foecundo congressu & pluries intra breve tempus  
reiterato, plura ova simul foecundari posse, supra jam di-  
ximus, unde gemelli, trigemini vel quadrigemini, hos licet ve-  
ro diversis partibus editos pro superfoetatis haberi non de-  
bent.

## IV.

Superfoetatio enim eo, quo vocabulum sumi solet sen-  
su, quo nempe novam denotat mulieris jam gravidae con-  
ceptionem, qua graviditatis suae tempore iterato coitu de-  
nuo impraegnatur & concipit, natura impossibilis est: nam  
certo certius est plures foetus uno, vel diversis partibus exclu-  
sos, uno tantum foecundo, non diverso, vel successivo coitu  
genitos esse: quatenus nempe vel plura, vel diversa ovula  
simul impraegnantur, vel plures foetus unico ovulo conclusi  
latent, qui deinde pro maturitatis suae ratione, vel simul  
ad perfectionem perveniunt, & sic uno partu simul exclu-  
duntur; vel tardius, quo casu etiam tardius in publicam  
lucem prodibunt. Hinc

## V.

Supervacaneum est, ut multum sese fatigent Canonicae  
in enodanda & decidenda conscientiae quaestione; an scil. mu-  
lier conjugata, postquam sese gravidam esse sentit, conscientiae  
suae vim inferat, si nihilominus cum suo marito venerem exer-  
ceat? Quod profecto, nisi aliis de causis illicitum esse iudicetur,  
saltem ob superfoetationis metum frustra prohiberetur. Nam  
uterus foeminae, praesertim autem orificium ejus internum, fa-



*Et a conceptione vel simplici, vel multiplici, intra breve tempus adeo arcte connivet, ut ne apicem quidem aciculae amplius admittat.*

## VI.

*Rectè gravidæ à tortura liberæ censentur, tam à parte matris, quam ipsius foetus in utero hærentis. Nam omnis confessio ex foemina gravida, carnificina extorta, in foro cadit ad irritum. Vid. ZIEGLERUS Comm. in Zacchiam. SEILERI quinque casus forenses Cas. 2. §. 2. Imo hoc non tantum interea, cum prægnantes sunt, verum etiam postquam peperunt, intra 40. dies: (his enim demum elapsis pristinae sanitati ac vigori restitui censentur.) observari solet. Vid. DD.*

## VII.

*Eodem pariter jure merito gaudent Epilepticae, non fictæ, sed veræ: hic enim morbus est motus convulsivus nervosarum partium cum totius corporis concussionem. Quare hoc morbo laborantes à tortura excipiuntur.*

## VIII.

*Meræ sunt nugæ, non dari signa certa, infallibilia, diagnostica, ac vere demonstrativa prægnantiæ mulierum sanarum, horum verò examen, vel imperitis Chirurgis, vel obstetricibus ejusdem comatis committendum esse, nego.*

## IX.

*Tandem præsentia lactis in mammis non est infallibile signum & indicium certum defloratæ virginitatis, vel imprægnationis, vel editi partus.*



WOLFARTI, *Medicò stemmate nobilis,*  
 PATRIS progenies egregia, optima,  
 Splendens & propriae laudis honoribus,  
 Salve, *Poonium* quò decus inclutum  
 TE jungat Medicis arte celebribus,  
 Nec non *Hippocrates* atque *Machaones*  
 Secernant TE aliis. Gratulor hoc bonum,  
 Faustis perge avibus! Si neque Maximus,  
 Aeternusque TIBI defuerit Deus,  
 Conatusque Tuos juverit arduos,  
 Sic nullus dubito, quin studium Tuum  
 Cunctis perplaceat PRINCIPIBVS viris.

*Ita ex animo gratulatur*

JOH. BORELLUS, *Med. Doct.*

*eiusd. ut & Philos. Prof. Ordinarius.*

Carmina, WOLFARTI, non ultima gloria Phoebi,  
 Debeo, quae verò, vel qvalia carmina fundam,  
 Nescio, nec, tenui modulans tantummodo venâ,  
 Nostra valet versu TE dignò ludere Musa.  
 Num genus, & Proavos dicam, vel magna PARENTIS  
 Nomina jam dudum latè celebrata per orbem?  
 Num potius referam praeclarum mentis acumen,  
 Quo TU prae multis, WOLFARTI, in Apollinis arte  
 Clares, quodqve stupent, qui TEqve, TVASqve profunda  
 Doctrinae venerantur opes? Ast paucula solum  
 Me cecinisse juvat: DOCTORIS nomen & omen  
 Gratulor ex animo: successu perpete gaude.

*Ita vovens applaudit*

JOAN. CASP. SANTOROC,

*Professor Acad. Marburgensis.*

D 3

Non



Non generat pavidam Jovis ales adunca columbam,  
 Non fert puniceas spina maligna rosas.  
 Quisque suo ducit splendorem à stemmata fructus,  
 Quo sit natus homo germine, facta docent.  
 Nil igitur mirum est, cum Tu, WOLFARTE, cathedram  
 Scandis, & Hippocratis filius alter ades:  
 Nimirum ostendis, quanto sis Patre creatus,  
 Quem Paeon, quem vult Celsus habere suum.  
 Id voveo, ut, quantum patitur reverentia Patris,  
 Illius exsuperes nomine & arte decus.

*Ita Pereximio & Nobilissimo Dno CANDIDATO  
 L. M. Q. accinebat*

ALEXANDER AB ARNSTEDT.

Herculeos ausus prisca cecinere Poetae,  
 His clava Alcidis jam nova stella micat,  
 Nimirum domuit, turpi quae noxia rictu  
 Per nemorum tristes monstra fuere sinus.  
 Tu majora paras, mihi Conjunctissime Theseu!  
 Quodque horrent alii, Tu nova monstra secas;  
*Monstrosos partus* duplicato vertice turpes  
 Aggressus, Celso hinc dogmata digna trahis.  
 Perge bonis avibus, naturae monstra fugato,  
 Ignea propulsa taxica, pelle febres  
 Sic, novus Alcides, medica inter sidera quondam  
 Eximium, fulgens, nobile sidus eris.

*Pauca haecce Pereximio & Nobilissimo D.  
 WOLFARTO, Amico suo aestimatissimo,  
 prolixi amoris argumentum lubens  
 volensque ponebat*

F. H. L.

Wer



\* \* \* \* \*  
**W**er auf dem Schau-Platz der Sterblichen lebet /  
 Und nicht nach rühmlichen Tugenden strebet /  
 Lebet in einer verfinsterten Nacht /  
 Die ihn vor aller Welt unsichtbar macht /  
 Und wird von jederman höhnisch verachtet /  
 Daß er sein Wohlkynn nicht besser betrachtet.

\* \* \* \* \*  
 Diß hat Herr Wolfarth sehr reiflich erwogen /  
 Weil er sich nicht also schändlich betrogen /  
 Sondern vielmehr durch beständigen Fleiß  
 Gewonnen / was dienet zu Ehre und Preiß /  
 Wie unser Lahn-Athen heute bezeuget /  
 Da es ihm Palmen des Sieges darbeuget.

\* \* \* \* \*  
 Weil dann ein solches mich billich muß freyen /  
 Will ich ein fröhliches Vivat ausschreyen.  
 Vivat Herr Wolfarth; Gott stehe ihm bey /  
 Daß er ein glücklicher Medicus sey /  
 Auch ein geruhiges Alter erlange /  
 Und auff dem Gipfel der Tugenden prange.

Mit diesem wenigem hat seinem Hoch-  
 geehrtesten Gönner wegen erlangter  
 Ehren-Staffel gratuliren wollen

Dessz aufrichtigster Freund und  
 Diener /

J. E. MOUTILLET,  
 Med. Cultor.

Saepe



Saepe mihi Patriam jamjam rediturus in urbem  
 Visus es; inceptum quis remoratur iter?  
 Quae mora sit, memini: Te praemia, credo, retardant,  
 Quae Tibi pro meritis Phœbus Apollo dabit.  
 Noctes atque dies quem Tu impiger antè colebas,  
 Ille Tibi titulum comparat inde gravem.  
 Sic solet, & fas est, fieri: Qui ritè labores  
 Pertulit, ut constans hunc comitetur honor.  
 Ergo novò, Frater, titulò Tibi grator honoris,  
 Perpetuaque, precor, prosperitate geras.  
 Det DEUS, ut valeas verbis herbisque mederi,  
 Aegris consilium sit simul auxilium.  
 Quicquid ages, fausti successus, opto, sequantur.  
 Haec fient, caelum si modo jungat Amen!

*Hisce Charissimo suo Fratri gratulari  
 voluit ac debuit*

J. D. WOLFART,  
 Ph. St.





Marburg, Diss., 1725-30



Sb.









To. 14. 15.

P. 24. num. 14. P. 15.

4

DISSERTATIO PHYSICO-MEDICO-FORENSIS  
INAVGVRALIS,

DE

FOETV MONSTROSO  
DVPLICI,

1725,  $\frac{2}{2}$

HVJVSQVE OCCASIONE

DE

PVLMONVM AQVAE INJECTORVM  
E-ET SVBMERSIONE.

D. T. O. M.  
E.

AMPLISSIM


PRO OBTEINA  
HONOR

IN PERANT

PVBL. MAGNIE.

CHRISTO

DIE 12



MA

TYPIS PHILIPPI

P. 280.

